Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nee

sup eos annos multos. et pertulit eos in spiritu tuo per manum prophetarum tuorum. et non audierunt. et tradidisti eos in manu populorum terrarum. in misericordiis autem tuis plurimis non fecisti eos in consumptionem. nec deliquisti eos. quia deus misericors et clemens tu es. Nunc igitur domine deus noster deus magne fortis. et terribilis. custodiens pactum et misericordiam. ne aestimes a facie tua omnem laborem quem invenerunt nos reges nostri. et principes nostri. et sacerdotes nostri. et prophetae. et patres nostri. omnis populus tuus. a diebus regum assyriorum usque ad diem hanc. et in universis quae evenerunt super nos. quia iustum fecisti nobis. nos autem impiegimus. reges nostri et principes nostri. et sacerdotes nostri et patres nostri. non fecerunt legem tuam. et non attendebant mandata tua et testimonia tua. quae testificatus es in eis. et in regnis suis et bonis. et in bonitate tua multa quam dedisti eis. et in terra latissima et pingui quam dedisti in conspectu eorum. Non sunt reversi ab iniquitatibus suis. Ecce nos hodie sumus. et terra quam dedisti patribus nostris ut comederent panem eius et quae bona sunt eius. ecce nos hodie sumus in ea. et fructus multiplicantur regibus quos posuisti super nos propter peccata nostra. et corporibus nostris dominantur. et iumentis nostris secundum voluntatem suam. et in tribulatione magna nos sumus. super omnibus his nos hodie percussi fedus. et scribimus. et signant principes nostri. levite nostri. et sacerdotes nostri.

Signatores autem X. sunt. nehemias. athersatha filius achelai. amaria. et sedechias. sarraias. et azarias. melchia. phassur. amarias. et hermias.

ac septuaginta mille lucherem minutis. odoias. daniel. genthon. baruch. mosollam. abia. miamin. maziadelga. semeia. hii sacerdotes. porro levite. iosue filius azaniae. bennui. de filiis henadad. cedmihel. fratres eorum. sechenia. adonia. bethia. phalaia. anan. michaia. hoob. asebia. zacchur. serebias. sabania. odoias. bani. hanani. capita populi. phoros. fahaemoab. elam. zethua. bani. bonni. azgad. bebai. adonia. bagai. adin. ater. ezechia. azur. odonia. assubi. hezeciae. azzur. odonia. assubi. hezeciae. azzur. odonia. assubi. hezeciae. azz